



INNAT PLURIMAPTOR. SECUNDU LOH.

INILLO TEMP. Dixit ih̄s discipulis suis: hoc est preceptum meum. ut diligatis inuicem. sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionē nemo habet. ut animā suā quis ponat pro amicis suis. Uos amici mei estis. si feceritis quae ego precipio uobis. iam non dico uos seruos. quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Uos autē amicos. quia omnia quaecumq; audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis sed ego elegi uos. Et posui uos ut exitis. & fructum adferatis. & fructus uester maneat. ut quodcumq; petieritis patrem in nomine meo det uobis. **UBI SUP.**

INILLO TEMP. SECUNDU MATHEU.

IDixit ih̄s discipulis suis. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudentes sicut serpentes. & simplices sicut columbae. Cauete autē ab hominibus. Tradent enim uos in conciliis. & in sinagogis suis flagella bunt uos. Et ad presides & ad reges ducemini propter me. in testimonium illis & gentibus. Cum autē tradent uos. nolite cogi